male dixisse. Etiam si spiritaliter intellegimus in tipum
sinagogae dicens. Numquam ex te fructus nasca
tur in sempiternum. Nonne poterat alteram ar
borem in tipum sinagogae maledicere; uere poterat
si non fuisset causa. Sed hic dolore conpulsus me
morat quod euae fructus fici fuerat ad ruinam
peccando quod sibi amaritudo erat per passionem
redimendo. Ergo quali cumque arbor fuisset non in
arbore erat uenenum sed in transgressione man
dati. peccando uenena sibi efficit. Lignum ergo
scientiae boni id est custodia mandati. Lignum uero
scientiae mali id est transgressio mandati. quicum
que mandatum non seruat de ligno mortis man
ducat. qui autem mandatum seruat fructum ligni
uitae cottidie ruminat. Erant ambo nudi id est
quia terrestrem uestem perdiderant id est innocentiam uer
tate inmortalitatem. Propter ea non erubiscebant
bant. quia nullatenus prauitatem intellegebant.
Sed erat serpens callidior cunctis animanti
bus terrae; quia diabolus per ipsum loquebatur;
Dixit ad mulierem. Cur praecepit uobis deus nec
comederetis de hoc ligno
mulier respondit;

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 908, p. 24 – Fragmenta rescripta
(http://www.e-codices.ch/en/csg/0908/24)